

bitur in seculum, Psal. 125: sed juxta illum loquendi modum: Qui comederit ex hoc pane vivet in aeternum, Joan. 6, hoc est, non solum in presenti, sed in futuro. Impii autem non habitabunt super terram. Impiis ne in hac terra quidem habitabunt, sed, ut superius dictum est, ut turbo velocissimè transibunt. Et vel celerem mortem significat, vel potius impiorum eliam in terrâ vitam non esse dicendam neque mansuetudinem, cum nullam certam normam aut vivendi legem sequantur, sed, ut inquit Isaias c. 57: Impii quasi mare fervens. Vel denique sic intelligitur ut peccata ex precedentibus: Sp̄s impiorum peribit. Nam cum hic in terrâ felicitatem suam collocaverint, et jucundam hanc vitam sibi pollicentur, spe suâ frustrati, ne in terrâ quidem habitabunt, vel semen non relinquunt in terrâ.

VERS. 51, 52. — OS JUSTI PARTURIT SAPIENTIAM, LINGUA PRAYORUM PERIBIT, LABIA JUSTI CONSIDERANT PLACIDITA, ET OS IMPIORUM PERVERSA. Hebr.: Os justis loquitur sapientiam, sed lingua pervertitatum excidetur. Labia justis cognoscunt voluntatem, sed os impiorum pervertitatem. Justorum premia et improborum supplicia diversa hactenus recensuit Salomon. Quorum causas partim superius reddidit, nempe quod scelus quasi ridens perperet stultus, vir intelligens nihil nisi natura cunctis et sapientia regis agit. Partim hoc in loco, sermonis virtutes, vir intelligens nihil nisi natura cunctis et sapientia regis agit. Partim hoc in loco, sermonis virtutes, vir intelligens nihil nisi natura cunctis et sapientia regis agit. Partim hoc in loco, sermonis virtutes, vir intelligens nihil nisi natura cunctis et sapientia regis agit. Partim hoc in loco, sermonis virtutes, vir intelligens nihil nisi natura cunctis et sapientia regis agit.

## CAPUT XI.

1. Statera dolosa, abominatio est apud Dominum; et pondus æquum, voluntas ejus.
2. Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia; ubi autem est humilitas, ibi et sapientia.
3. Simpliciter justorum dirigit eos; et supplantatio perverterum vastabit illos.
4. Non proderunt divitiæ in die ultionis; justitia autem liberabit à morte.
5. Justitia simpliciter dirigit viam ejus; et in impietate sua corruet impius.
6. Justitia rectorum liberabit eos; et in insidiis suis capientur iniqui.
7. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes; et respectatio sollicitiorum peribit.
8. Justus de angustia liberatus est; et traditur impius pro eo.
9. Simulator ore decipit amicum suum; justus autem liberabitur scie. tiâ.
10. In bonis justorum exultabit civitas, et in perditione impiorum erit laudatio.
11. Benedicione justorum exaltabitur civitas, et ore impiorum subvertetur.
12. Qui despici amicum suum, indigens corde est; vir autem prudens tacet.
13. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis est animi, celat amici commissum.

parturit, alii loquuntur, transtulerunt, propriè crescere aut producere fructus significare; inde nomen fructus. Que significatio juvenia admodum metaphora ad linguam transferitur. Sensus igitur est: Non immeritè justus diu vivit fiduciamque habet bonam, neque commovebitur; nam admodum utilis est illis vita, ut puta cujus os sapientiam profert ad eruditionem multorum; juxta illud quod superius dixi: Labia justis pascunt multos; q. d. Salomon: Precepta sapientia ex boni et justis viri ore potissimum hauriuntur. Nam os justis producit sapientiam, ut arbores novos fructus; et non solum exemplo virtutis, sed lingua quoque pascet et edificabit multos; lingua vero que loquitur ad subversionem fidei et morum, excidetur. Lingua pravorum peribit; vel, lingua pervertitatum excidetur, ut est in Hebræo. Cum fructus non profert, tanquam arbor inutilis solum, sed perniciosa, cum loquatur contraria sapientie et veritati. Et verbum excidetur, sicut et alia precedentia, possunt intelligi bene vel male omniatis; q. d.: Ulinam excidatur. Utriusque rationem et causam in sequenti versiculo reddidit, nempe: Labia justis considerant, vel, ut est in Hebræo, cognoscunt; hoc est: Ostendit justus ex sermone se cognoscere quod placeat; sed improbi, quemadmodum contraria sentiunt et volunt, ita contraria loquuntur. Aliter: Labia justis novorum voluntatem suam; hoc est: Non aliter loquuntur quam sentiat et velit, sed ex bonâ radice bonos fructus facit; improbus vero contraria loquitur his que sentit, ut neque in corde neque in ore veritatem habet.

## CHAPITRE XI.

1. La balance trompeuse est en abomination devant le Seigneur; le poids juste est selon sa volonté.
2. Où sera l'orgueil, là sera aussi la confusion; mais où est l'humilité, là est pareillement la sagesse.
3. La simplicité des justes les conduira heureusement; les tromperies des méchants seront leur propre ruine.
4. Les richesses ne serviront de rien au jour de la vengeance; mais la justice délivrera de la mort.
5. La justice du simple rendra sa voie heureuse; et l'impie fera de funestes chutes dans son impiété.
6. La justice des justes les délivrera; mais les méchants seront pris dans leurs propres pièges.
7. À la mort du méchant, il ne restera plus d'espérance; et l'attente des ambitieux périra.
8. Le juste a été délivré des maux qui le pressaient, et le méchant sera livré au lieu de lui.
9. Le faux ami séduit son ami par ses paroles; mais les justes seront délivrés par la science.
10. Le bonheur des justes comblera de joie toute la ville; et on louera Dieu à la ruine des méchants.
11. La ville sera élevée en gloire par la bénédiction des justes; et elle sera renversée par la bouche des méchants.
12. Celui qui méprise son ami n'a point de sens; mais l'homme prudent gardera le silence.
13. Le trompeur révèlera les secrets; mais celui qui a la fidélité dans le cœur, cache ce que son ami lui a confié.

14. Ubi non est gubernator, populus corrumpit; salus autem, ubi multa consistit.
15. Adhuc malis, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cavet laqueos, securus erit.
16. Mulier gratiosa inveniet gloriam, et robusti habebunt divitias.
17. Benefacit anime suæ vir misericors; qui autem crudelis est, etiam propinquos abiecit.
18. Impius facit opus instabile; seminanti autem justitiam merces fidelis.
19. Clementia reparat vitam; et sociatio malorum, mortem.
20. Abominabile Domino cor pravum; et voluntas ejus in iis qui simpliciter ambulat.
21. Manus in manu, non erit innocens malus; semen autem iustorum salvabitur.
22. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua.
23. Desiderium iustorum omne bonum est; prestatio impiorum, furor.
24. Alii dividunt propria, et ditiores fiunt; alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt.
25. Anima que benedicit, impinguabitur; et qui increpat, ipse quoque imbrabitur.
26. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium.
27. Bene consurgit diluculo qui querit bona: qui autem investigator malorum est, opprimetur ab eis.
28. Qui confidit in divitiis suis, corrumpit; justus autem quasi virens folium germinabit.
29. Qui conturbat domum suam, possibilem ventos; et qui stultus est, serviet sapienti.
30. Eructus justis lignum vite, et qui suscipit animas, sapiens est.
31. Si justus in terrâ recipit, quantum magis impius et peccator!

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — STATERA DOLOSA (1) ABOMINATIO EST APUD DOMINUM, ET PONDUS ÆQUUM VOLUNTAS EJUS. Hebr.: Et lapis perfectus voluntas ejus. In hoc capite varias justitie species cum vitiis contrariis proponit nobis Salomon. Injuriarum et fraudis multa sunt genera; inter que Domino maximè displicet fraus illa que sub specie justitie et aequalitatis committitur, quando videlicet iniquis ponderibus et dolosis utuntur rerum venditores. Res est magis horrenda quàm in multitudinem peccatorum, presertim in pauperes, qui minime res necessarias comparant; et quod hujusmodi fraudem rarioris deprehendat aut corripiant magistratus republice. Ideo Dominus execratur eam, cui vehementer arridet lapis, ut est in Hebræo *לפניו נחש*, hoc est.

(1) Quod ad omnem injustitie speciem Bedi transfert, et quod omnis injustitia hujus sive iniquitatis mensura consistat. Hinc varias recenset injustitie species, qualis est contumelia, 2, pravitatis, 3, divitiæ male parte, 4, fides prodita in amicis, 9, 12, 13; causa autem omnis injustitie, civitas magistratibus rectisque consiliis destituta, 14. Hæc habet usque ad illum versum; quamquam et alia interserit. *Voluntas ejus*: amor, placitum (Bossuet.)

14. On n'y a personne pour gouverner, le peuple périt: où il y a beaucoup de conseils, là est le salut.
15. Celui qui répond pour un étranger, tombera dans le malheur; celui qui évite les pièges, sera en sûreté.
16. La femme modeste sera élevée en gloire, et les forts amasseront les richesses.
17. L'homme charitable fait du bien à son âme; mais celui qui est cruel, rejette ses proches mêmes.
18. L'ouvrage du méchant ne sera point stable; mais la récompense est assurée à celui qui sème la justice.
19. La clémence ouvre le chemin à la vie; et la recherche du mal conduit à la mort.
20. Le Seigneur a en abomination le cœur corrompu, et il met son affection en ceux qui marchent simplement.
21. Le méchant ne sera point innocent, lors même qu'il aura les mains l'une dans l'autre; mais la race des justes sera sauvée.
22. La femme belle et insensée est comme un anneau d'or au museau d'une truie.
23. Le désir des justes se porte à tout bien; l'attente des méchants est furor.
24. Les uns doutent ce qui est à eux, et sont toujours riches; les autres ravissent le bien d'autrui, et sont toujours pauvres.
25. Celui qui donne abondamment sera engraisé lui-même; et celui qui ouvre les pauvres, sera lui-même enrichi.
26. Celui qui cache le blé sera maudit des peuples; et la bénédiction viendra sur la tête de ceux qui le vendent.
27. Celui qui cherche le bien est heureux de se lever dès le point du jour; mais celui qui cherche le mal, en sera accablé.
28. Celui qui se fie en ses richesses, tombera; mais les justes germeront comme l'arbre dont la feuille est toujours verte.
29. Celui qui met le trouble dans sa maison ne possèdera que du vent; et l'insensé sera assésé au sage.
30. Le fruit du juste est un arbre de vie; et celui qui assiste les âmes, est sage.
31. Si le juste est puni sur la terre, combien plus le sera le méchant et le pécheur!

## COMMENTARIUM.

pondus perfectum et justum. Ad omnia commercia emptionis et venditionis referri debent, et ad quoscunque contractus, in quibus quod sibi fieri velit unusquisque facere debet aliis; et Lydio uti lapide, non Lessibâ regulâ. Quod si ad judicia publica privatæque referri volumus, juxta Bedam, latissimè patebit interpretatio; latius autem, si ad omnia referatur officia que invicem debent homines prestare.

VERS. 2. — UBI FUERIT SUPERBIA, IBI ERIT ET CONTUMELIA; UBI EST HUMILITAS, IBI ET SAPIENTIA (1). Hebr.:

(1) L'orgueil s'attire le mépris des hommes, ou en leur perant, et les traitant aisollement, ce qui est condamné des superbes mêmes; ou en ne croyant que son esprit propre, et méprisant le conseil des sages; ce qui conduit dans des maux qui ont souvent de horribles suites. L'humilité, au contraire, devient sage, quand il ne le serait pas lui-même, en croyant à ses succès. Plus le superbe a de lumières, plus il est aveuglé; parce qu'il s'en sert pour se croire que lui seul, et pour se priver de la lumière de tous ceux qui peuvent en avoir plus que lui; et moins l'humble se fie à son sens, soit qu'il en ait peu ou beaucoup, plus il devient éclairé et spirituel, parce qu'il voit par les yeux des plus clair-

*integrî diriget viam ejus, et in impietate sua corruet impius.* Ne qui Sapiens verba perversè interpretatus, sufficere putet divitiis bene dispensare, neque de reliquis virtutibus curam ullam habendam, *justitiam*, inquit, intelligimus eorum qui reliquâ vitâ sunt simplices, *vel integri sine macula.* Talium enim *justitia eripit à morte, neque solum à morte liberat*, sed ad reliquam vitam dirigendam juvat. Nam cum ea sit humana fragilitas ut, quamvis hoste perfectus et integer sis, illius perfectionis tamen nulla est securitas, verum *justitia* de quâ locuti sumus solet perfectorum et innocentium hominum vias dirigere, ne in aliquam hujus vite obliquitatem incidant. Contra, *in impietate sua corruet impius; vel improbus per improbitatem cadit in aliam improbitatem.* Nam veluti catenulâ quadam connectuntur iniquitates et vitia, juxta illud Isa. 5: *Vae qui trahitis iniquitatem in fasciculo vanitatis.* Alter: *Quemadmodum justitia perfecti diriget viam ejus, ut recte et inoffensè progrediatur in hoc mundo, et tendat ad finem destinatum; sic improbus per suam improbitatem corruet, et non peringat ad finem sibi propositum, hoc est, prosperitatem quamdam in hac vitâ diuturnam.* Prior expositio magis placeat.

obliquitate carent, qui non solum justo pondere, sed recto et justo judicio unicuique quod suum est reddunt. Integritate duce magnâ securitate per hanc arduosam vitam ad felicissimam illam deucuntur. E regione supplantatio perversorum (יִרְמִיָּהוּ, qui fallunt, vel transgreduntur) vastabit eos, vel perdet eos; idque justo Dei judicio. Nam qui legem prævaricantur et transgreduntur perversitate quâcumque, tandè in ipsi peribunt eadem fraude quam conabantur aliis inferre. Et jam non qui patitur, sed qui facit injuriam damnum inde capit, frequentissime in hac vitâ præ-sente, in futurâ semper nisi respicias. Nunc qui ponderibus iniquis fraudem facit, non uni homini, sed republicâ et omnibus civibus, non aliud nocuum supparat quàm illud quod cum in perditionem detrudet: tantùm abest ut ex divitiis malè partis solatium habeat. Et hoc est quod sequitur:

VERS. 4. — NON PRODERUNT DIVITIE IN DIE ULTIONIS, SED JUSTITIA LIBERABIT A MORTE. Hebr. : In die indignationis. Tacite occurrit objectioni malorum, qui divitiis quâcumque arte acquisitis litos se fore putant in die ultionis, vel indignationis, cum vel in hac vitâ vel in futurâ de prævaricatoribus sit sumendum supplicium. Non proderunt, inquit, opes malè congeste, quibus sententiâ justî judicis nequit flecti; sed inram provocant tanquam criminum testes. Sed *justitia liberabit à morte.* Si mortem times corporis vel animæ, justitiam ama, quam Christus de cælis in terram deduxit, et ejus omnes homines participes esse vult per fidem et imitationem. Illa sola mortis et vitæ habet imperium; sola sententiam olim latam. Gen. 2: *Quæcumque die comederis, morte morieris,* poterit revocare, et à morte corporis, qui somnus potius dicens est, post depositam mortalitatem in immortalè vitam restituit. Justitiæ et aequitatis vacandum docet proverbium, non cumulandis opibus; vel potius, opes per elemosynas insumendas. Nam mecâ quidem sententiâ hoc in loco *justitia pro elemosynâ* capitur, ut alibi frequenter; et sic secunda particula versiculi priori respondebit, et erit sensus: *Divitiæ non eripiant in die tremendi judicîi et indignationis, divitiæ vel malè parte, vel cum avaro animo servatæ, sed si ex divitiis justè acquisitis facias tibi amicos, illi te recipiant in æterna tabernacula,* Luc. 16. Nam ut aqua exstinguat ignem, ita elemosyna supplicium peccati debuit, et iudicis iram placat facilius quam alia pietatis opera.

VERS. 5. — JUSTITIA SIMPLICIS DIRIGET VIAM EJUS, ET IN IMPETATE SUA CORRUET IMPUS (1). Hebr. : *Justitia* (1) *Simplicis*, Hebr. תָּמִים, tamim, id est, *integrî, immaculati, perfecti.* Unde Septuaginta: *Justitia immaculata* (Computi. legendi, *zôlôvoç*, id est, *immaculati*) diriget vias; *impetitas autem inclidit in impietatem.* Quocirca primò sic explices; q. d. : *Justitia dirigit, id est, et Chald. fecit rectam, justam et probam viam, utanturque immaculatorum; ex adverso impietas vi detorquet viam impiorum, eaque facit curvâ, pravam, improbam, injustam.* Hunc sensum impii à Deum faciliè labuntur in injustitiam, fuitque injest in proximum. Qui enim fidem Deo datam non servat, multò minus servabit fidem datam vel debitam homini.

Secundò, et genuinè; q. d. : *Justitia vias, id est, actiones justorum dirigit, id est, fortunat et prosperrat, ut inoffensè per omnia pericula incedant, ac felices rerum sanarum Deo secundante sortiantur successus; at verò impius ob impietatem suam in multa impinget adversa et damna, corruetque in multa infortunia, ut videantur omnia in thibus ejus, ut vulgò dicitur, *resilire.* Sic dirigere pro fortunare et prosperrare sanctorum Psal. 159. 12: *Vir linguosus non dirigetur,* id est, non prosperabitur, in terrâ. Et alibi sæpè, præsertim in Psalmis, Ita R. Levi. Hugo. Jansenius et alii.*

Porro, *justitiam* hic rursus propriè et ample accipio, quia ei opponitur impietas: Baynus tamen et noster Salazar per *justitiam* accipiunt solum elemosynam; q. d. : *Elemosyna elemosynarum prosperrat, rectaque viâ dirigit in cælum; at impietas, id est, avaritia, quâ quis impius est in pauperes, facit et impius corruat in mala ipsamque gehennam.* Unde S. Chrysostomus, hom. 9. de Pœnit. rectam regionemque viam in cælum docet esse elemosynam. *Elemosyna, ait, regit viâ, quæ homines celeritè in cælorum axes adducit. Magna res est elemosyna (vide quam recta in cælum pergit), præcedit aërem, transiit lunam, solis radios excidit, ad ipsam venit cælorum culmen, ipsos pertransiens cætos, et angularum populos decurrens, archangelorumque choros et omnes superiores potestates, ipsi assistens regali throno.* Et S. August. Serin. 25 de Verbis Domini: *Via cœli, ait, est pauper, per quam venitur ad Patrem.* Incipit ergo erogare, si non vis errare. *Patrimoni tui quo es litatus compedem solve, ut liber ad cælum possis ascendere.* (Corn. à Lap.)

specie illâ quâ quis benè et justè divitiis comparat et dispensat, ut ad superiora referatur, et erit sensus: *Elemosyna rectorum, hoc est, rectâ intentione cum cæteris circumstantiis collata, liberabit à morte; sed transgressores legis in insidiis capiuntur: *יִרְמִיָּהוּ in praviatate.* Qui prave et oblique legem intelligunt et transgreduntur, illi obliquitate capiuntur, hoc est, vel conscientia scelerum, vel poenis à lege præscriptis. Aliter possumus per *justitiam* interpretare vite et merita operum intelligere, quibus recte viventes in hac mortali vitâ diriguntur, et tandem ab æternâ morte liberantur; sed *impîi (sive improbi) in insidiis capiuntur*, veluti laqueis et fimbibus peccatorum, quibus in æternò supplicio et carcere sunt ligandi. Locus est moralis, virtutis præmium et iniquorum continens supplicium.*

VERS. 7. — MORTUO HOMINE IMPIO NULLA ERIT ULTRA SPES (1), ET EXPECTATIO SOLICITATORUM (2) PERIBIT, Hebr. : *In morte hominis improbi peribit spes, et expectatio divitiarum perit.* Hunc versiculum loquè aliter habet antiqua translatio, inquit Beda, nempe: *Defuncti hominis justî non perit spes; gloria impiorum peribit.* In Græco, est *ἀπόρουτος τὸ εὐδαίμων ἡλίως.* In priore particula Hieronymus consentit cum Hebræâ veritate, in secundâ verò consensum Septuaginta cum Hebræo, sed pro spe divitiarum, gloriam posuerunt. Impii spem non habent neque lætitiâ nisi in hac vitâ; eujus cum nulla sit certitudo, quomô miseri sibi facile est cogitare; et ut quâm diutissime vivant, tamen nihil est si ad æternam vitam conferatur. Quanta stultitiæ est igitur momentaneis et incertis rebus inhærare, spe futurorum amissa? nam in morte penitus omnia pereunt iniquis, et præsentium et futurorum lætitiâ. Cum interierit, non sunet omnia; neque descendit cum eo gloria ejus, Psal. 49. In Hebræo: *יְהִי מָוֶן*, expectatio divitiarum, vel fortium. Vox מָוֶן vel pro iniquis qui pro violentiam agunt accipitur, vel pro divitiis per indignitatem acquisitis, in quibus omnem spem collocat improbi. Est igitur sensus versiculi, non tam narratio quid futurum sit impiis, quàm admonitio ut respiciant, et divitiis suas bene dispensent, opera misericordiæ exerceant. Nam tantisper dum vivunt, patet misericordiæ janua, ut Christus in Evangelio, Joan. 9: *Operamini diâ dies est, venit nox, quando nemo potest operari.* Si de morte anime, quod est peccatum, intelligitur locus, erit sensus: *In morte anime per quodcumque peccatum perit spes iniqui; q. d. : Reliqua ipsa opera non posse juvare hominem qui per unum flagitium mortuus est; nisi respiciat et agat penitentiam, non potest benè sperare.* Prior expositio est melior.

VERS. 8. — JUSTUS DE ANGSTIA LIBERATUS EST, (1) Sux salutis, quâ in inferno nulla est redemptio. Hoc non intellexit Origenes dicens, quod post longum tempus damnati et damnosè salvabuntur. (Lyraus.) (2) Id est, illum qui sollicitè serviebat impiis, sperantes ab eo promoveri. PERIBIT, quia non poterat ab eo ultra adjuvari. (Lyraus.)

VERS. 8. — JUSTUS DE ANGSTIA LIBERATUS EST, (1) Sux salutis, quâ in inferno nulla est redemptio. Hoc non intellexit Origenes dicens, quod post longum tempus damnati et damnosè salvabuntur. (Lyraus.) (2) Id est, illum qui sollicitè serviebat impiis, sperantes ab eo promoveri. PERIBIT, quia non poterat ab eo ultra adjuvari. (Lyraus.)







qui curant vendere frumenta tempore opportuno, antequam fame opprimantur pauperes, magnam gratiam inveniunt apud populum, et benedictionem Dei merentur, ut quorum industria et providentia reipublica consulatur. Non enim in sum lucrum, sed in populi utilitatem recondunt annonam, quam doctrinam ubi id reipublice necessitas exigit. De doctrinâ et cibo animorum intelligi potest, juxta mysticum sensum: Qui abscondit talentum, neque pascit gregem sibi commissum, maledictus est. Sub frumenti nomine res omnes victui et usibus hominum necessarias intelliguntur. Et ostendit proverbium, non solum in distributione honorum, sed etiam in legitima venditione tempore opportuno misericordiae opera fieri, quae sua mercede non careant.

**VERS. 27.** — BENE CONSURGIT DILIGULO, QUI QUÆRIT BONA: QUI AUTEM INVESTIGATOR MALORUM EST, OPPRIMITUR AB EIS. Hebr. : *Qui quærit bonum, quærit benevolentiam; sed quærit malum tenet ei.* Ambigua est prima dictio hujus versiculi apud Hebræos  $\text{שׂוֹרֵט}$ . Nam vel manè surgere significat, quam significationem sequitur Chaldaeus interpres et D. Hieronymus; vel investigate, et hanc significationem secuti sunt Hebræi omnes quoque ego vidi. Septuaginta  $\text{ἐρευνῶντας ἀγαθὰ, φρονίμως ἢ κακὰ, sive committens}$ : quod ad sensum Scripturæ spectat haud ita multum refert; nam manè surgere industriam et diligentiam significat. Ex precedentibus inferre videtur Sapiens hanc clausulam: nam postquam de beneficentia studio multa disseruit, tandem concludit, à Domino, qui auctor est omnium honorum, esse mercedem expectandam, non ab hominibus. Nam qui quærit bonum, Hebr. qui quærit benevolentiam, sive voluntatem Domini; sic intelligunt omnes, q. d. Sapiens: Quisquis es qui in beneficiis et misericordiae operibus es impiger et sollicitus, usque adeo ut homo animo manè surgas et somnum excutias, ut omni industria queras bonum aliorum, eadem operâ voluntatem Dei queras, à quo recipies cum fenore laborem mercedem. Sunt præterea homines usque adeo nequam, ut non solum obiter et ex occasione oblata malè faciant, damnum inferant vicinis, sed magno studio et veluti laceratione quædam (hoc enim significat vox Hebræa  $\text{שׂוֹרֵט}$ ) malum machinantur et excitant. Sed cum hoc sit contra Dei legem et illius voluntatem quod faciunt, seipsum maxime ledunt. Nam malum quod aliis inferre student, recidit in eorum capita, sicut inquit David: *In verticem ipsius iniquitas ejus descendit*, Psal. 7.

**VERS. 28.** — QUI CONFIDIT IN DIVITIIS SUI SUBORITUR, JUSTUS AUTEM QUASI VIRENS FOLIUM GERMINAT. Hebr. : *Quasi folium justus germinabit.* Indicat versiculus mala provenire et excogitari potissimum propter divitias, et divites maxime audere alios injuriâ afflicere, quod ferè elati sint, et præ se alios continent; quibus Paulus jubet non *sublime sapere, neque sperare in incerto ditiarum*, 1 Timoth. 6; nam quo altius per superbiam mente ascendunt, eò major erit eorum lapsus. *Justi tanquam folium germinabunt.* Divitiae sunt dispensanda per opera justitiae et misericordiae, quæ

semper virent ad modum foliorum in arboribus. Tantisper enim folium viret dum fructus in arbore marescit: ubi nullus est fructus, folia statim deficiunt; q. d. : *In opibus vel malè partis cui servitium nullam spem habere possimus, sed in divitiis per Dei gratiam in pauperes distributis reposita est merces: illæ semper virent, et suo tempore fructum dant.* Quod dicit tanquam folium; vel intelligitur tanquam arborea quæ semper foliis virent, vel tanquam folium in arboribus in quibus fructus pendet, vel denique tanquam folium quod fructus præcedens ad fructus vivendos à natura datur. In hominibus justis divitiæ sunt tanquam folia, quibus opera misericordiae semper virent. Et hoc est quod scripsit David, Psal. 1: *Et folium ejus non defluet, sed omnia quæ faciet prosperabunt.*

**VERS. 29.** — QUI PERTURBAT NOMEN SUAM POSSEDET VENTEM, ET QUI STULTUS EST SERVET SAPIENTI. Ut de divitiis et magnis possessionibus non debeat superbiere, neque spem collocare in illis, ita prudentiam quandam et modestiam servare debent hi qui familiam habent; nam absque necessariis rebus gubernari non potest; et proinde qui perturbat, aut confundit, rem domesticam, dum nullam illius curam gerit, dissipat omnium et decoctur accipit tanquam hæreticorum jure ventem et vanitatem; vel potius hereditas relinquat vanitatem, familiam ad inopiam tandem redigens, ut servire cogatur. Potest enim servus ad ipsum referri qui domum evertit; vel ad heredem, quem ad servitium sua stultitia produxit; vel denique servus viri stulti, qui domum suam pervertit, dominum mutabit, et sapienti serviet. Breviter sensus versiculi est ex superiori pendens. Ut magna improbitas est nimium amare divitias, in ipsis spem collocare, ita mera stultitia est rem domesticam dissipare, heredes fraudare.

**VERS. 30, 31.** — FRUCTUS JUSTI LIGNUM VITÆ, ET QUI SUSCIPIT ANIMAS SAPIENS EST. SI JUSTUS IN TERRA RECIPIT, QUANTO MAGIS IMPIUS ET PECCATOR! Chaldaeus paraphrasas exponit fructus justus: qui justo datur, est arbor vitæ, non quam capiunt alii à justo; cui Septuaginta videntur subscribere: *Ex fructu justitiae nascitur arbor vitæ.* Contextus Hebræus utramvis expositionem admittit, et alludere videtur ad illud Gen. 3, de ligno vitæ, à quo injustus et transgressor primus homo gustare non meruit: cujus fructus est innocentiæ præmium et justitiæ. Quod si fructum justus intelligimus, quem à justo colligere licet, similitudinis particula subaudienda est; ex justo enim fructum capere licet tanquam ex arbore vitæ; et huic sensui quadrat quod sequitur: *Qui suscipit animas (vel qui docet animas) sapiens est;* q. d. : *Non solum ex vitâ et conversatione justus colligitur fructus vitæ quibus ad vitam nutrantur homines; sed etiam justus, eruditus et doctus, qui animas ignorantes docet, sapiens est;* vel juxta aliam interpretationem, qui accipit animas, sive lucratur animas. Efficax est enim sapientis viri sermo, et faciliè eruditâ concione multorum animas lucratur. Ista justitia et sapientia in Christo potissimum intelligitur vita nostra, per quam fructum vitæ capiunt qui

illius justitiæ participes esse merentur. Et hic est justus, qui et sapiens sive eruditus, multorum animas docuit, sive cepit, juxta diversos interpretes. In utroque sensu reperitur verbum Hebræum  $\text{לָקַח}$ . Accipit, inquit Hebræi, justus animas à consuetudine et vitâ hujus mundi, et transfert ad vitam cælestem, ut juxta Paul. Rom. 12: *Non sint conformes huic seculo.* Sunt denique qui pro **CAPIT** possidere intelligunt; q. d. : *Sapiens possidet animas, hoc est, servos et ancillas habet.* Sed hæc possessio non est fructus ejus, sed fructus ejus est lignum vitæ, mors et crux Christi. Ille sensus non est alienus à loco, eò quod quodammodo pendet ex prioribus versiculis, videlicet, *stultus erit servus sapienti.* Sequitur: *Si justus in terrâ recipit;* vel, *certe justo in terrâ reddetur.* Ilujus versiculi varia est interpretatio propter ambiguitatem hujus verbi  $\text{לָקַח}$ , quod tria significat, retribuere, perficere, et pacificare, et pacem habere. Sunt ex Hebræis qui sequuntur ultimam significationem, nempe: *Justus pacem habebit in terrâ*

## CAPUT XII.

1. Qui diligit disciplinam, diligit scientiam; qui autem odit increpationes, insipientis est.
2. Qui bonus est, hauriet gratiam à Domino; qui autem non diligit in cogitationibus suis, impiè agit.
3. Non roborabitur homo ex impietate, et radix justorum non commovebitur.
4. Mulier diligens corona est viro suo; et introdo in ossibus ejus, quæ confusione res dignas gerit.
5. Cogitationes justorum judicia; et consilia impiorum fraudulenta.
6. Verba impiorum insidiantur sanguini; os justorum liberabit eos.
7. Verte impios, et non erunt; domus autem justorum permanebit.
8. Doctrinâ suâ noscetur vir: qui autem vanus et excors est, patebit contemptum.
9. Melior est pauper et sufficiens sibi, quam gloriosus et indigens pane.
10. Novit justus jumentorum suorum animas; viscera autem impiorum crudelia.
11. Qui operator terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.
12. Qui suavis est in vini demonstrationibus, in suis munitionibus relinquit contumeliam.
13. Desiderium impii munimentum est pessimorum: radix autem justorum prolucet.
14. Propter peccata laborum, ruina proximat malo; elugiet autem justus de angustia.
15. De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis; et juxta opera manuum suarum retribuetur ei.
16. Fatuus statim indicat iram suam; qui autem dissimulat injuriam, callidus est.
17. Qui quod novit loquitur, index justitiæ est; qui autem mentitur, testis est fraudulentus.

cum omnibus, præterquam cum impiis et peccatoribus. Chaldaeus Paraphrasas sic: *Certe justus in terris vni patitur, sed improbi et peccatores delentur de terrâ.* Ilunc sensum secuti sunt Septuaginta et Petrus Apostolus. Epist. 4, quorum hæc est interpretatio: *Si quidem justus vix salubitur, impius et peccator ubi apparebit? q. d., nusquam;* quod Chaldaus ait, *de terrâ delentur.* Vulgatissima expositio loci, tum Hebræorum, tum nostrorum, nimè multum abhorret ab hoc sensu, nempe: *Si quidem justus, si quid peccaverit in hac vitâ, recipit, et castigatur, etiam (vel tanto magis) impij et peccatores supplicis afficiuntur, si non in hac vitâ, certe in alia.* Aliter: *Si viri probi et justj, qui non delinquant nec legem transgrediuntur, recipiunt multas hujus vitæ salutem, afflictiones et poenas, quantum apertus est etiam improbus et peccatores puniri et castigari, vel in hac vitâ, vel ut respiciant, vel si nolint ad meliorem venire mentem, æternis deputari supplicis?*

## CHAPITRE XII.

1. Celui qui aime la correction, aime la science; mais celui qui hait les réprimandes, est un insensé.
2. Celui qui est bon pusera la grâce du Seigneur; mais celui qui met sa confiance en ses propres pensées, agit en impié.
3. L'homme ne s'affermira point par l'impitié; mais la racine des justes sera inébranlable.
4. Le femme vigilante et vertueuse est la couronne de son mari; mais celle qui fait des choses dignes de confusion, fera sécher le sien jusqu'au fond des os.
5. Les pensées des justes sont pleines de justice, et les pensées des méchants sont pleines de malices.
6. Les paroles des méchants dressent des embûches pour verser le sang, la bouche des justes les délivrera.
7. Au moindre changement, les méchants tombent et ne sont plus; mais la maison des justes demeurera ferme.
8. L'homme sera connu par sa doctrine; mais celui qui est vain, et qui n'a point de sens, tombera dans le mépris.
9. Le pauvre qui se suffit à lui-même, vaut mieux qu'un homme glorieux qui n'a point de pain.
10. Le juste se met en peine de la vie des bêtes qui sont à lui, mais les entrailles des méchants sont cruelles.
11. Celui qui laboure sa terre, sera rassasié de pain; mais celui qui aime à ne rien faire, est très-insensé.
12. Celui qui passe le temps à boire du vin avec plaisir, laissera des marques de sa honte dans ses plaies fortes.
13. Le désir de l'impie est de s'appuyer de la force des plus méchants; mais la racine des justes germera de plus en plus.
14. Le méchant attiré sa ruine par les péchés de ses lèvres; mais le juste sera délivré des maux pressants.
15. L'homme sera rempli de biens selon le fruit de sa bouche, et il lui sera rendu selon les œuvres de ses mains.
16. La voie de l'insensé est droite à ses yeux; mais celui qui est sage écoute les conseils.
17. L'insensé découvre d'abord sa colère; mais celui qui dissimule l'injure est un homme habile.
18. Celui qui mesure ce qu'il sait bien rend un témoignage juste; mais celui qui ment, est un témoin trompeur.

(1) Ce verset n'est pas dans l'Hebreu; il est pris des Septante.